



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Iosephi Ripamontii E Collegio Ambrosiano Historiarvm  
Ecclesiae Mediolanensis Decas ...**

Pars Altera Libri XVIII

**Ripamonti, Giuseppe**

**Mediolani, 1625**

Widmung

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11182**

FEDERICO  
BORROMAEO  
CARDINALI  
ET ARCHIEPISCOPO

V M alteram partem Historię Mediolanensis absoluissimem, eaq. Collegij Ambrosiani legibus in publicum emittenda esset, subsidium Operi petere sum ausus, vt in tuo nomine appareret; neque aliter etiam fieri debere arbitrabar. Nam, & quicquid hoc in lucem exit, domi tuæ natum erat, & in eadem ipse Domo crebris excelsæ tuæ sapientiæ præceptis ad hanc scribendi mediocritatem super cetera alimenta benigne enutritus. Quod si mihi contigerit, vt ex hac disciplina hospitioq. diurno aliquam herilis prudentiæ partem ad tradendos Patriae causas attulerim; nac ego iustius hac mea

\* forte

forte gloriatus fuero, quām contubernio  
Chironis apud Euripidem Achilles.  
Partem certè generosi spiritus, & simpli-  
cem animi habitum, quem ex nutritia  
Domo sumpsisse Heros ille ait, ex Pen-  
tibus me quoque hausisse istis spero, at-  
que in monumenta haec transfundisse, ni-  
hil falsi audendo scribere, & nihil veri  
non audendo, integreque & honesterem  
agendo hanc quam suscepī. Ita, opus  
etiam ab hac imitatione tui profectum  
ad te redire debuit; spesque mihi vel ex  
eo magna erat, posse Cardinali Scripto-  
riique tanto animum moueri, vt neque  
parua haec adspernaretur, & me offeren-  
tem placido lumine adspiceret.